

55. Quasi sub hoste (quem prosternit) moritur, qui de culpa quam superat, elevatur. Lib. 19, *Moral.*, cap. 13.

56. Culpa esse innuitur, quod indulgeti perhibetur; sed quæ tanto citius relaxatur, quanto non per hanc illicitum quid agitur, sed hoc quod licitum sub moderamine non tenetur. In *Pastorali cura*, part. 3, cap. 1, admonit. 28.

57. Qui minus contra culpas obstinatorum accenditur, culparum omnium reus ipse tenetur. In *Pastorali cura*, part. 2, cap. 10.

58. Major culpa, quo citius, quia culpa est, agnoscitur, eo etiam celerius emendatur; minor vero, dum quasi nulla creditur, eo pejus, quo et securius in usu retinetur. In *Pastorali cura*, part. 3, cap. 1, admonit. 34.

59. Culpa que ferri digna severitate non potest, dissimulanda est, non exponenda: qui audeat a subjectis delinquitur, si prelatorum infirmitas agnoscatur. Lib. 4, in *I Regum*, cap. 4.

60. Tanto reatus est levior, quanto non temeritate constat, sed necessitate. *Ibid.*, lib. 5, cap. 3.

61. Graves culpe in omnibus æqua asperitate insequende non sunt; quia vulnera corporum, pro ipsorum corporum natura et robore vigorem exigunt medicinae. *Ibid.*, cap. 4.

62. Iustum est ut culpa, que cum fine perpetrata est, sine fine puniatur. Lib. 4, *Dialogi*, cap. 44, verbo *Scire*.

63. Graviore culpe sunt, quæ superducta specie virtutis, virtutis imitantur. Hom. 3, sup. *Ezech.* in illud: *Ubi erat impetus spiritus*, etc.

64. Sic culpam tuam insequor, ut te diligam; sic personam diligo, ut culpe vitium non amplectar. Lib. 1, in *Registro*, indict. 9, cap. 33, ep. 33, ad *venantium cancellarium*.

65. Culpam tuam pensa, dum vacat. *Ibid.*

66. Culpa quadam verecundia tegitur, pudore obumbratur. Lib. 4, in *I Regum*, cap. 4.

67. Culpa illa tanto nequior cernitur, quæ quanto manifestus atque atrocior perpetratur. *Ibid.*

68. Cognita culpa austerius ferienda est. Lib. 5, in *I Reg.*, cap. 4.

69. Signum miserentis Dei est, quando quis culpa perpetrata, mox divina ultione puniatur. Habetur apud S. Anonimum, part. 4, tit. 3, cap. 7, § 9.

70. Quicunque stultus est in culpa, erit sapiens in poena. Habetur apud Gratian. in *Decretis*, part. 1, distinct. 38, can. *Qui*.

71. Bonarum mentium est etiam aliquo modo culpas suas agnoscere, ubi culpa non est; quia sæpe sine culpa agitur quod venit ex culpa. Lib. 12, ex *Registro*, ind. 7, sup. 11, interrogat. c. 40.

72. Nullus post culpam impuniti locus, cum sit reatus ipse supplicium. Ep. 1, ad *Demetriadem*.

73. Quanto major culpa peccantium, tanto amplior in peccatores clementia Creatoris. Lib. 6, in *Hierem.*, cap. 32, sup. illud: *Et factum est verbum Domini*, etc.

74. Paucorum culpa non præjudicat Religioni; Apostolorum fidem Judæ proditio non destruxit. Ep. 6, *adversus Vigilantium*.

75. Facile culpa corrigitur, quæ cito cognoscitur. Sup. *Regul. S. Augustini*, cap. 9.

76. Poena culpe prima, casus; secundæ labori; tertiæ, laqueus. Prima Satane, secunda Adæ tertia Judæ. *Prosec.*

77. Prima fuit in celo, secunda in Paradiso, tertia in horto. Prima superbie, secunda inobedientie, tertia avaritie et infidelitatis. Lib. 2, de *Claustro anime*, cap. 21.

78. In judicio non merebitur veniam, qui audacter contraxerit culpam. Serm. sup. illud *Isaia: Si audieritis me*.

79. Qui culpe nullus sibi conscius est, etsi in subditorum classe censetur, regibus omnibus regalior, præstantiorque est. Lib. *contra Gentiles*.

80. Nihil pejus quam culpam agnoscere, nec desistere. Lib. 2 de *Sum. bono*, cap. 13, sent. 4.

81. Cito corrigitur culpa, quæ cito cognoscitur. *Prosec.*

82. Tardius sanatur vulnus, quod jam putrescentibus membris longo post tempore curacionibus adhibetur. *Ibid.*, cap. 23, sent. 10.

83. Gratia amissio, occasio fit culpe; perperatio vero culpe, principium ruine est. Part. 1, de *casto connubio*, cap. 12.

84. Culpa est, totam persequi culpam. Ep. 88, ad *Abbatem Theobertensem*.

85. Frequenter culpa populi redundat in principem. *Ibid.*, ep. 93, ad *Henricum, regem Anglie*.

86. Juxta modum culpe, tenenda semper est mensura vindictæ. Lib. 1, ep. 12, ad *Alexand. papam*.

87. Culpa subditorum, in præpositorum redundat opprobrium. Lib. 4, ep. 13, ad *V. Episcopum*.

88. Nomen et conditionem servitutis culpa genuit, non natura; et prima hujus subjectionis causa, est peccatum. Sent. 164.

89. Omnis Christianorum omnium culpa, divinitatis injuria est. Lib. 4 de *Gubernal. Dei*.

90. Criminosior culpa est, ubi honestior status. *Ibid.*

91. Ubi sublimior est prerogativa, major est culpa. *Ibid.*

92. Semper per dignitatem injuriam perferentis crescit culpa facientis. *Ibid.*, lib. 6.

HIERONYMUS

S. THOMAS AQUINAS

HUGO A. S. VICTOR

S. ZENO.

CICERO.

S. JOHANNES CHRYSOSTOMUS

PLATO.

SENECA.

S. ISIDORUS HISPALENSIS

SIXTUS PHIL.

S. LAURENTIUS JUSTIN.

S. AUGUSTINUS.

CLEM. ALEX.

PETR. BLES.

S. ANSELMUS

S. AUGUSTINUS

ISIDORUS III.

83. Augmentum reatus est innocentiam jactare, post culpam. Epist. 3, ad *Agricum, episc.*

94. Culpa, secundum quod est contra charitatem Dei, coactione non tollitur, nec expiatur; sed solum penitentia voluntaria valet emendari. *Prosec.*

95. Sed culpa que contra charitatem proximi directe committitur, legibus tam divinis, quam humanis coerenda est. Opus. de *usuris*, cap. 21.

96. Infelix culpa est, in qua locum qualiscunque non invenit excusatio. Serm. 3, de *Isaia*.

SENTENTIE PAGANORUM.

97. Præter culpam ac peccatum, homini accidere nihil potest, quod sit horribile, aut pertimescendum. Lib. 5, ep. 21, ad *Mecinium*.

98. Vacare culpa, magnum est solatium. *Ibid.*, lib. 7, ep. 3, ad *Marium*.

99. Eo gravior est dolor, quo culpa major. *Ibid.*, lib. 11, ep. 11, ad *Atticum*.

100. Culpa omnis est penes eligentem, Deus est extra omnem culpam. Lib. 10 de *Republ.*

101. Nulla atlas vacavit a culpa. Ep. 97.

102. Invidit culpam, qui peccatum præterit. In *suis Proverbiis*.

103. Quæ culpes facere noli. Sent. 82. Vide etiam titulos, *Abusio*, sent. 20; *Jactantia*, sent. 37; *Impudentia*, sent. 13; *Mortificatio*, sent. 123; *Occasio*, sent. 13, 30; *Pana*, sent. 27, 31, 42, 43, 45, 53, 59; *Penitentia*, sent. 161; *Recidivatio*, sent. 2, 34; *Vindicta Dei*, sent. 59.

CUPIDITAS.

Definitio. Cupiditas est amor inhians habere quod amat. Libro 14, de *Civili Dei*, cap. 7.

Nihil aliud est cupiditas, nisi amor rerum transeuntium. Libro 2, de *Quest. Evangel.*, quest. 33.

Cupiditas est amor adipiscendi, aut obtinendi temporalia. *Ibid.*, quest. 36.

Cupiditas est molestia et sollicitudo, quæ propter egestatem aliquid appetit. Libro 3, *Stromatum*.

Divisio. Cupiditas quadruplex est: cupiditas opum, cupiditas honorum, cupiditas inanis glorie, cupiditas voluptatum. Serm. 34, in *Festo omnium sanctorum*.

Productio. Quicquid est peccatorum in dietis, in factis, in cogitationibus non oriuntur, nisi ex mala cupiditate. Super *Epist. ad Rom.*, cap. 8, in illud: *Invenio legem*, etc.; Augustin. serm. 6, de *verb. Apost.*

Radix omnium malorum est cupiditas. Hæc sacrilegia committit, et furta; rapinas exercet, et prædas; b. l. i. gerit, et homicidia; simoniace ven-

dit, et emit; inique petit, et recipit; injuste negotiatur, et fenerator; instat dolis, et imminet fraudibus; dissolvit pactum, et violat juramentum; corrumpit testimonium, et pervertit iudicium. Libro 2, de *Contemptu mundi*, cap. 2.

Cupiditas, quæ consequitur optatum, voluptatem parit: quæ vero non consequitur, dolorem. Centuria 5, de *Virt. et vitio*, cap. 78.

Cupiditas est transgressionis mater, magistra nocendi, primipilaria iniquitatis, auriga malitie, sicaria virtutum, seditionis origo, fovea scandalorum. Epist. 82, ad *Abbatem Cisterciensem*.

Ex cupiditatibus nascuntur odia, dissidia, discordie, seditiones, bella. Libro 1, de *Finibus*.

Comparatio. Sicut ignis quanto magis ligna acciperit, tanto amplius accenditur, invalescit; ita et cupiditatis rabies, per ea quæ adipiscitur, auctior et vehementior efficitur. Lib. 4 *Recognitionum*.

Ut ignis recordatio mentem non urit, ita cupiditas absente materia nihil potest. Orat. 2, de *Luxuria*.

SENTENTIE PATRUM.

1. Ratio cupiditates revocet, mitiget spes, restringat minus. *Prosec.*

2. Nam qui dominari nescit cupiditatibus, sicut equus rapturæ indomitus, volvitur, obteritur, lanatur, affligitur. Libro 3, de *Virginibus*.

3. Cupidus ut unius cupiditate potiatur, fit servus omnium. De *Joseph*, cap. 4.

4. Non potest quisquam meritum Regni cælestis adipisci qui, mundi cupiditatibus possessus, emergendi non habet facultatem. Lib. 5, super *Lucam*, cap. 6, in illud: *Beati pauperes*, etc.

5. Cupiditatum regnum tyrannice sævit, et variis contrariisque tempestatibus totum hominis animum vitamque perturbat. *Prosec.*

6. Hinc timore, inde desiderio; hinc anxietate, inde inani falsaque lætitia; hinc cruciatio rei amisse quæ diligebatur, inde ardore adipiscendæ quæ non habebatur; hinc acceptæ injuriæ doloribus, inde facibus vindicandæ.

7. Quaquaversum potest coarctare illum avaritia, dissipare luxuria, addicere ambitio, inflare superbia, torquere invidia, desidia sepelire, pernicia concitare, afflictere subiecto, et quecumque alia innumerabilia regum illius cupiditatis frequentant, et exercent homines. Libro 1, de *Lib. arbit.*, cap. 11.

8. Etsi non impletur foris negotium mala cupiditatis, ipsa tamen mala cupiditas intus est hostis. Ep. 144, ad *Anastasianum*.

9. Quod agit indomita cupiditas ad corrumpendum animum, et corpus suum, flagitium vocatur; quod autem agit ut alteri nocent, facinus dicitur. Libro 3, de *Doctrina Christiana*.

S. THOMAS AQUINAS

S. MAURITIUS MART.

PETR. BLES.

CICERO.

S. CLEMENS PAP.

S. NILIUS.

S. AMBROSIIUS.

S. AUGUSTINUS.

40. Quanto magis regnum cupiditatis destruitur, tanto charitatis augetur. *Ibid.*
41. Eversa tyrannide cupiditatis, charitas regnat justissimis legibus. *Ibid.*
42. Non est in carendo difficultas, nisi cum est in habendo cupiditas. *Ibid.*, cap. 18.
43. Regnat carnalis cupiditas, ubi non est Dei charitas. In *Enchiridio*, cap. 117.
44. Per cupiditatem regnat in homine diabolus, et cor ejus tenet. *De Agone christiano*, cap. 4.
45. Ibi vincuntur inimica nobis invisibiles potestates, ubi vincuntur invisibiles cupiditates. *Ibid.*, cap. 2.
46. Duo sunt rivi, qui de fonte amoris emanant, cupiditas et charitas. Est omnium malorum radix cupiditas, et omnium bonorum radix charitas. *De substantia dilect. et Amoris*, cap. 1.
47. Cupiditas mundi initium habet ex arbitrio voluntatis, progressum ex juvenilitate voluptatis, firmamentum ex vinculo consuetudinis. *De Patientia*, cap. 17.
48. Cupiditates nostrae quando validae sunt, et quando eis servimus, necessitates vocantur. Super *Psaln.* xxx, vers. 10.
49. Melius est carne ambulare super terram, quam cupiditate ire sub terram. Super *Ps.* lxxii.
50. Cupiditas claudit, excaecat oculum cordis. *Serm.* 18, *de Verbis Domini*.
51. In infamiam rei redundat, quidquid de mala cupiditate suscipitur. *Serm.* 26, *de Verb. Apost.*
52. Radix omnium malorum est cupiditas, et radix omnium bonorum est charitas, et simul esse non possunt, nisi una radicis evulsa fuerit, alia plantari non poterit; sine causa aliquis canatur ramos incidere, si radicem non contendit evellere. *Hom.* 8.
53. Irremediabile periculum est, sic aliquem cupiditatibus frenata laxare, ut se rationem Deo non meminerit reddiditum. *Serm.* 1. *Feriae tertiae post Dom. Palmarum*.
54. Si secularibus viris est perniciosa cupiditatis industria, quanto magis illis periculosior erit, qui habitu et conversatione jam seculares esse desiderant, qui solum quod vivunt, Domino Deo deoverunt. *De Conflictu vitiorum et virtutum*, cap. 16.
55. Unicuique sua cupiditas, tempestas est. *Serm.* 13, *de Verbis Dom.*
56. Fortior est, qui cupiditates, quam qui hostes vincit. In suis *Proverbis*, verbo *Fortior*.
57. Quando cor terrenarum cupiditatum pondere aggravatur, sursum minime ascendere potest. In *Medit. vitæ Christi*, cap. 44.
58. Omnium malorum radicalis origo cupiditas, cum humane mentis aciem invaserit tam dura tyrannide premit, ut ad idolorum redigit servitutem, et in bestialium transformet crudelitatem. In *Apologia Pauperum*, respons., 4, cap. 1.
59. Est unum et maximum ex perniciosissimis peccatis, cupiditas. *Lib. 2 Recognitionum*.
60. Nutritur et vivificatur cupiditas, dum ei ni optatis frustratur, inservitur; si autem arceatur, et inturbetur, accessit. *Libro 3 Stromatum*.
61. Omnis voluptatis principium est cupiditas. *Ibid.*
62. Nulla major est victoria, quam ea quae de cupiditatibus refertur. *Prose.*
63. Qui enim inimicum prostravit, externum hostem percussit; qui vero cupiditatem depressit, hostem domesticum superavit. *De Bona pudicitia*, cap. 5.
64. Nihil tam difficile opprimitur, quam quod per cupiditatem armatur. *Ibid.*
65. Qui cupiditates vincit, de peccato triumphat. *Ibid.*
66. Cupidini nulla deformitas, nulla despectio fastidii, vel vilis existit; sed diabolus, piengens speciosum efficit quiddam tædium vel horridum fuerit. *De Singularit. clericorum*, cap. 25.
67. Cupiditas a Religiosis in exordio conversionis facillime vincitur et vitatur; sed si rursus coeperit cupiditatem admittere, sunt cupidi nimis, ac difficillime a cupiditate purgantur; imo multis secularibus fiunt cupidiores; quod est vehementer detestabile ac defendendum. *De Profess. monastica*, art. 11.
68. Qui habitu alienæ rei avidus et esuriens semper faucibus inflammatur, in servitium arsurae cupiditatis abducitur. *Homil.* 11, *de Paschate*.
69. Tantum augetur charitas, quantum fuerit imminuta cupiditas, et illum facit charitas semper liberum, quem non tenuerit cupiditas munda captivum. *Serm.* 6, *de Charit.*
70. Cupiditas laqueus est diaboli, non solum laqueus, sed etiam gladius, per ipsam miseris capiti, per ipsam captos interlicet. *Ibid.*
71. Quisquis rem occulte cupit alienam, interius sibi iam perdit. *Sup. Ego sum*, cap. 12.
72. Cui cupiditas dominari dicitur, subjectus procul dubio malis omnibus demonstratur. *Lib. 16. Moral.*, cap. 12.
73. Tenet captivum cor seva cupiditas, et licetum esse suadet malum quod imperat. *Libro 9, in Registro*, indict. 4, cap. 49, epist. 40, *ad Virgillum episc. Arelatens.*
74. Periculosus sunt robuste cupiditates, et difficulter adulta quæque perimantur; levis est propinqua evellere, teneras excidere, flexibiles retorquere. *Sup. Psalm.* cxxxv.

V. BEDA.

S. BONAVENT.

45. Ubi est puritas mentis, ibi non apparet pulvis terrenæ cupiditatis. *Libro 3, de Claustro animæ*, cap. 23.
46. Iniquitas extrema est cupiditas. Super *Thren.*, cap. 35.
47. Nihil prorsus libertatem sic tollit, quemadmodum secularium rerum cupiditas. *Hom.* 59, *sup. Math.*
48. Non est corporis et pecunie par cupiditas, sed acrior multo atque vehementior corporum est. *Ibid.*, hom. 79.
49. Qui, presentibus rebus et præcipue magnis inhiat. is vilis est, et abjecti animi. *Hom.* 60, *sup. Joann.*
50. Intractabilis est cupiditas. *Hom.* 23, *sup. I. ad Cor.*
51. Ratione reges effecimus, si voluerimus absurdis imperare cupiditatibus; nam is regnat, et verius quam qui diademate redimuntur est. *Hom.* 3, *sup. II. ac Cor.*
52. Quovis fabricantibus peior est, qui cupiditate corporum captus est. *Hom.* 15, *super Epist. ad Hebræos*.
53. Cupiditas omnium criminum materia est. *Libro 2, de Summo bono*, cap. 41, *sentent.* 4.
54. Secreto Dei iudicio fieri creditur, ut durius peccant hi, quorum cupiditate effectus statim sequitur actionis. *Ibid.*, cap. 41, *sentent.* 6.
55. Qui desiderio cupiditatis exasquant, flatu diabolice inspirationis utuntur. *Ibid.*, cap. 41, *sentent.* 10.
56. Si carnis tuæ cupiditas adversum te fuerit, ac rabido impetu fertur, ignis futuri memoriam ipsi refrica, et extinguetur. *Libro 1, epist.* 433, *ad Salomonem*.
57. Ab omni cupiditate carnalis vacuus Christianus esse debet. *Ep. ad Zenam*.
58. Cupiditas a voluntate incipit. *De Divini insti.*, lib. 6, *de Vero cultu*, cap. 15.
59. Qui cupiditatibus malis vincitur, non cupidini sed morti subjectus est sempiternæ. *Ibid.* libro 1, *de Falsa relig.*, cap. 11.
60. Non est morbus cupere, sed cupidum esse morbus est. *Ibid.*, lib. 6, *de Vero cultu*, cap. 16.
61. Qui cupidus est, etiam quod non opus est concepiscit. *Ibid.*
62. Cupiditas, si terrena concepiscit, vitium est; virtus autem, si coelestia. *Ibid.*, cap. 17.
63. Cupiditas ad ea comparanda data est, quæ sunt ad volum necessaria. *Ibid.*, cap. 19.
64. Mala cupiditas, intus est hostis. *De Ligno vite*, tract. 1, *de Timore*, cap. 5.
65. Nullum peccatum sine cupiditate committitur, et omnis appetitus illicitus, istius aviditatis est morbus. *Serm.* 9, *de Passione Domini*.
66. Virum Catholicum, sicut nullo errore implicari, ita nulla oportet cupiditate violari. *Epist.* 53, *ad Anatolium, episcopum Constantinopol.*
67. Fugiantur inimica desideria janquamque peritura. Quis fructus est, quæ utilitas ea invidiosè cupere, quæ etiam non deserant, deserenda sunt? *Ser.* 3, *Epiphani.*
68. Si quis, cupiditate ductus ad ea, quæ in vita juvennda sunt, paulisper dellexerit, nulla deinde ratione detineri poterit, quominus ad ulteriora progrediatur. In *Libro ascetico*.
69. Omnes pravæ cupiditates sunt porte inferi per quas in morlem itur; cuius dominatum subit, qui adeptum se ad perfundendum letatur, quod periturum concepiscit. *Sent.* 136.
70. Melior est ejus status qui famulatur homini, quam qui suæ servit cupiditati. *Ibid.*, *sent.* 164.
71. Nihil est malorum, quod non cupiditas aut concipiat, aut pariat, aut pascat, aut nutriat. *Hom.* 20, *de Avaritia*.
72. Nihil sine cupiditate agitur, quotiescunque peccatur. *Ibid.*
73. Nihil prodest ei auditus, cui inest cupiditas. *In Vitis Patri.*
74. Nee singulari, nec frivolo crimine est, maxime Christianum cupiditatis compediis alligari. *Ser.* 1, *de Avaritia*.

SENTENTIE PAGANORUM.

75. Cupiditas ejus quod plus est, boni cupiditas est; idcirco videtur ille esse ejus, quod plus est, appetens, et cupidus est, sed iniquus. *Lib. 8, de Moribus*, cap. 1.
76. Semper cum dolore cupiditas conjuncta est. *Ibid.*, libro 3, cap. 11.
77. Vires ad unumquodque maleficium singule cupiditates impellunt, mulieres autem ad omnia maleficia cupiditas una ducit. *Libro 4, de Arte rhetor.*, *ad Herenn.*
78. Cæca ac temeraria dominatrix animi cupiditas, ad fruendum viribus corporis, utitur perniciosissimis satellitibus. *Libro 1, de Invent. rhet.*
79. Regium est, ne cupiditati quidem ulli servire. *Orat.* 25, *pro Sylla*.
80. Tollenda est cupiditas, atque extrahenda radicitus; quis est enim in quo sit cupiditas, quin recte cupidus dici possit? *Lib. 2, de Finibus*.
81. Non est consentaneum, qui metu non frangitur, eum frangi cupiditate. *Lib. de Officiis*.
82. Animus æger cupere nunquam desinit. *Lib. 3, Tusc. quest.*
83. Cupiditas vehementissima quidem ardentissimis ecordiæ et petulantia facibus homines perurit atque exagiat. *Lib. 6, de Legibus*.

S. NILUS.

S. PROSPER.

S. VALERIAN.

S. ZENO.

ARISTOTELES.

CICERO.

PLATO.

S. CLEMENS PAP. CLEMENS ALEX.

S. CYRILLUS.

DIONYSIUS CARTHUS.

S. EUSEBIUS EMISS.

S. FULGEN.

GLOSSA ORD.

S. GREGORIUS MAGNUS.

S. HILARION.

HUGO A S. VICTORE.

HUGO CARD.

S. JOHANNES CHRYSOST.

S. ISID. HISP.

S. ISID. PELUS.

S. JUSTINUS MART.

LACT. FIRM.

S. LAUR. JUST.

S. LEO I.

SENECA.

84. Nihil cupientes magis accendit, quam prope turpitudinis conscientia. *Suasor.* 7.

85. Cupiditati nihil satis est, nature satis est, etiam parum. *De Consol. ad Helviam*, cap. 11.

86. Ultra se cupiditas porrigit, et felicitatem suam non intelligit, quia non unde venerit respicit, sed quo tendat. *Lib. 2, de Benefic.*, cap. 27.

87. Quam dulce est cupiditates fugasse, ac reliquisse! *Ep.* 12.

88. Si vis divitem facere, non pecunie adiciendum, sed cupiditatis detrahendum est. *Prosec.*

89. Si vis honestum facere, non honoribus adiciendum, sed cupiditatis detrahendum.

90. Si vis esse in perpetua voluptate, non voluptatibus adiciendum, sed cupiditatis detrahendum.

91. Si vis senem facere et implere vitam, non annis adiciendum est, sed cupiditatis detrahendum. *Ep.* 21.

92. Veri boni aviditas tuta est. *Ep.* 23.

93. Necesse est in immensum exeat cupiditas, quæ naturalem modum transiit. *Ep.* 39.

94. Nullum habet malum cupiditas majus, quam quod ingrata est. *Epist.* 73.

95. Is minimo eget, qui minimum cupit. *Ep.* 108.

96. Fortior est, qui cupiditatem vincit, quam qui hostem vincit. *De Moribus.*

97. Cupiditatem comprime, si non potes, paululum remitte. *Ibid.*

98. Effugere cupiditatem, regnum est vincere. *In suis Pro.*

Vide etiam titulos: *Actio*, sent. 277; *Adhærere*, sent. 38; *Beneficium*, sent. 179; *Concupiscentia*, per totum; *Desiderium*, per totum; *Pecuniarum cupiditas*, per totum; *Petitio*, sent. 5; *Vanitas*, sent. 84; *Vir*, sent. 24.

CURA IN GENERE.

S. ANTONINUS.

Definitio. Cura est vigil onerosa ac sollicita custodia animarum. *Part.* 3, tit. 19, § 8.

SENTENTIE PATRUM.

S. ANTONIUS DE PADUA.

1. Animus distentus per multa, multis lacere tur curis necesse est. *Serm.* 1, *Pentecost.*

S. AUGUSTINUS.

2. Maxima cura est reprimere, ac refrænare curiosos. *Ep.* 58, *ad Dioscorum.*

3. Ipse sibi denegat curam, qui suam medico non publicat causam. *Epist.* 188.

4. Laxatis curis mutabilium rerum, bona stabilita et certa queramus, supervolemus terrenis operibus nostris. *Epist.* 113, *ad Romanianum.*

V. BEDA.

5. Est quasi vas vacuum, cui cura deest animarum. *In suis Pro.*, verbo *Est.*

6. Mens occupata in terrenis curis, semper est in angustiis. *Serm.* 8, *ad Sororem.*

7. Qui curis terrenis se implicat, ab amore Dei se separat. *Ibid.*

8. Anima, quæ nondum curis mundi soluta ac libera est, neque Deum legitime amat, neque diabolum digne execrabitur. *De Perfect. spiritua. li*, cap. 18.

9. Disrumpamus inaniam curarum vincula, quorum succedentibus sibi nexibus implicatis, in quibus semper occupatio nostra, quasi incipit. *In Epist. parantica ad Valerianum.*

10. Animum cura implicat, quies explicat. *Serm.* 1, *super Cant.*

11. Insensibilem pene reddit affectum, frequens cura mundi, et quasi callum quemdam mentis obducit. *Ibid.*

12. Major cura humane salutis Deo est, quam diabolo perditionis. *Super Num.*, cap. 25.

13. Cura terrenorum occupat et excæcat. *Sup. gloss. int. Job.*, cap. 15.

14. Nequaquam mens ad superna attollitur, si curarum tumultibus continue in inferioribus occupatur. *Lib. 5. Moral.*, cap. 8.

15. Quanto quis hic alius erigitur, tanto curis gravioribus oneratur. *Lib.* 17, *Moral.*, cap. 12.

16. Curis secularibus intenti tanto insensibiles intus efficiuntur, quanto ad ea, quæ foris sunt, studiosiores videntur. *Hom.* 17, *super Evang.*

17. Uniuersusque præsulis mentem curarum densitas vastat. *Lib.* 1, *Dialogi*, cap. 4, verbo *Quid.*

18. Dum quis terrenarum rerum cura immoderatus pascitur, in ea quæ valde placere solet recenti, scripturarum dulcedine non lætatur. *In Prologo*, super 1. *Reg.*

19. Mens, dum a se abjicere mundanas curas non prævalet, velut in oculis gestat pulverem, quo id quod cupit, contemplando videre non potest. *Lib.* 1, in 1. *Regum*, cap. 1.

20. Multi sunt, qui alios curare nituntur, ipsi ulceribus sentent. *In Apologico*, *de sua fuga.*

21. Debet esse in magna angustia et tribulatione, qui curam habet animarum. *Super Ezech.* cap. 23.

22. Cura fratrum, summa vite Christiane est: hoc signo noscitur quis, an Christianus sit, hoc maximum indicium est fidei, hæc est germana charitas. *Homilia de Habenda cura salutis proximi.*

23. Nihil ita oculos animæ contristat, ac turbat, ut secularium turba curarum. *Hom.* 2, *sup. Math.*

24. Secularis cura res infructuosa, periculosa et molesta. *Homil.* 87, *super Joan.*

S. BERNARD.

25. Nihil adeo potest nos Christi imitatores efficere, sicut erga proximum cura. *Hom.* 25, *super 1. ad Cor.*, in illud: *Imitatores mei estote.*

26. Cura rerum temporalium, hyems est, atque hyeme tristior. *Hom.* 7, *sup. II. ad Cor.*

27. Cum asinum cecidisse videtur, omnes manum porrigere, et pariter erigere student; fratrum vero pereuntium cura habetur nulla. *Hom.* 1, *ad Popul. Antioch.*

28. Anima, cum quotidie vulneretur, cum per singula læniatur, uratur, præcipitetur, et modis omnibus pereat, ne parva quidem pro ea cura sollicitatur. *Libro 1, de compunct. cordis.*

29. Certum est quod omnes corrumpat et absumat animarum incuria; dum nemo est, qui vel opportuna anime præbeat remedia, vel importuna prohibeat. *Ibid.*

30. Sicut a fonte rivus, ita a morum suavitate cura pauperum fluit. *Ser. de Mansuetudine.*

31. Non prorsus alia res est, quæ perinde declarat doceatque quid sit fidelis amans Christi, quam si fratrum curam agat, proque illorum salute gerat sollicitudinem. *In Orat. de beato Phylorgorio.*

32. Curæ quam ultra mensuram animum distendant, suo illum robore privant. *Serm.* 10, *super Ep. ad Philip.*

33. Qui curis et sollicitudinibus est liber, vacat ab odio, litibus, contentione, jurgis, et cæteris vitis pessimis. *Homil.* 2, *super. Epist. ad Hebr.*

34. Modicus pilus perturbat oculum, et modica cura demolitur quietem. *Gradu 27, de Differentia quietis.*

35. Nunquam mentis requiem habet, qui curis terrenis se subdit. *Prosec.*

36. Curæ seculares mentem exagitant; semper mentis requiem habebis, si a te sæculi curas abjeceris.

37. Qui curis terrenis se implicat, a Dei amore se separat.

38. Difficile est celestibus et terrenis curis pariter inservire; a sæculi ergo curis te propter Deum suspende. *Libro 2 de Synonyma.*, cap. 17.

39. Qui simul et terrenis parere curis, et divinis student utrumque complectere simul non valent. *Prosec.*

40. Nam duas curas pariter inesse pectori humano non potest; et duobus servientem dominis, utrisque placere difficile est.

41. Nisi prius a secretioribus cordis expellatur importuna secularium multitudo curarum, anima quæ intrinsecus jacet, nequaquam resurgit. *Libro 3, de Summo bono*, cap. 21, sent. 1.

42. Quanto quisque curis mundi majoribus

occupatur, tanto facilis vitis premitur. *Ibid.*, cap. 48, sent. 3.

43. Tutius est sub umbra curæ alterius quiescere, quam alius sollicitudinis umbraculum extendere. *Orat.* 1, in *Conventu Abbatum habita.*

44. Animarum cura nihil est difficilius. *In Libro Ascetico.*

45. Perfecti animi est, cura vacare; impii autem, curis obteri. *Flabetur apud Div. Joannem Damascenum*, lib. 3, *Parallel.* cap. 22.

46. Animi elegantis est, curæ secularis oneribus indignari. *Lib.* 2, ep. 4, *ad Hugonem abbat. Cluniacens.*

47. Si vis curam, agnosce languorem. *Ser.* 30.

48. Nunquam ibi proficit cura, ubi morbus est ipsa medicina. *Ep. ad Demetriad.*

49. Status curam animarum habentium, non est perfectior quam status Religiosorum, sed periculosior. *Opuscul.*, *de Perfect. vite spirit.*, cap. 20.

50. Tanto quis Deo unitur, et plus illuminatur, quanto a mundi curis magis elongatur. *Ep.* 6.

S. BERNARD.

25. Nihil adeo potest nos Christi imitatores efficere, sicut erga proximum cura. *Hom.* 25, *super 1. ad Cor.*, in illud: *Imitatores mei estote.*

26. Cura rerum temporalium, hyems est, atque hyeme tristior. *Hom.* 7, *sup. II. ad Cor.*

27. Cum asinum cecidisse videtur, omnes manum porrigere, et pariter erigere student; fratrum vero pereuntium cura habetur nulla. *Hom.* 1, *ad Popul. Antioch.*

28. Anima, cum quotidie vulneretur, cum per singula læniatur, uratur, præcipitetur, et modis omnibus pereat, ne parva quidem pro ea cura sollicitatur. *Libro 1, de compunct. cordis.*

29. Certum est quod omnes corrumpat et absumat animarum incuria; dum nemo est, qui vel opportuna anime præbeat remedia, vel importuna prohibeat. *Ibid.*

30. Sicut a fonte rivus, ita a morum suavitate cura pauperum fluit. *Ser. de Mansuetudine.*

31. Non prorsus alia res est, quæ perinde declarat doceatque quid sit fidelis amans Christi, quam si fratrum curam agat, proque illorum salute gerat sollicitudinem. *In Orat. de beato Phylorgorio.*

32. Curæ quam ultra mensuram animum distendant, suo illum robore privant. *Serm.* 10, *super Ep. ad Philip.*

33. Qui curis et sollicitudinibus est liber, vacat ab odio, litibus, contentione, jurgis, et cæteris vitis pessimis. *Homil.* 2, *super. Epist. ad Hebr.*

34. Modicus pilus perturbat oculum, et modica cura demolitur quietem. *Gradu 27, de Differentia quietis.*

35. Nunquam mentis requiem habet, qui curis terrenis se subdit. *Prosec.*

36. Curæ seculares mentem exagitant; semper mentis requiem habebis, si a te sæculi curas abjeceris.

37. Qui curis terrenis se implicat, a Dei amore se separat.

38. Difficile est celestibus et terrenis curis pariter inservire; a sæculi ergo curis te propter Deum suspende. *Libro 2 de Synonyma.*, cap. 17.

39. Qui simul et terrenis parere curis, et divinis student utrumque complectere simul non valent. *Prosec.*

40. Nam duas curas pariter inesse pectori humano non potest; et duobus servientem dominis, utrisque placere difficile est.

41. Nisi prius a secretioribus cordis expellatur importuna secularium multitudo curarum, anima quæ intrinsecus jacet, nequaquam resurgit. *Libro 3, de Summo bono*, cap. 21, sent. 1.

42. Quanto quisque curis mundi majoribus

occupatur, tanto facilis vitis premitur. *Ibid.*, cap. 48, sent. 3.

43. Tutius est sub umbra curæ alterius quiescere, quam alius sollicitudinis umbraculum extendere. *Orat.* 1, in *Conventu Abbatum habita.*

44. Animarum cura nihil est difficilius. *In Libro Ascetico.*

45. Perfecti animi est, cura vacare; impii autem, curis obteri. *Flabetur apud Div. Joannem Damascenum*, lib. 3, *Parallel.* cap. 22.

46. Animi elegantis est, curæ secularis oneribus indignari. *Lib.* 2, ep. 4, *ad Hugonem abbat. Cluniacens.*

47. Si vis curam, agnosce languorem. *Ser.* 30.

48. Nunquam ibi proficit cura, ubi morbus est ipsa medicina. *Ep. ad Demetriad.*

49. Status curam animarum habentium, non est perfectior quam status Religiosorum, sed periculosior. *Opuscul.*, *de Perfect. vite spirit.*, cap. 20.

50. Tanto quis Deo unitur, et plus illuminatur, quanto a mundi curis magis elongatur. *Ep.* 6.

SENTENTIE PAGANORUM.

51. Curata difficiliora sunt, quæ naturalia, quam quæ ex consuetudine gignantur. *Lib.* 2, *magno. Moral.*, cap. 6.

52. Difficilis est cura rerum alienarum. *Lib.* 1, *Cicero. Offic.*

53. Ne major, minorem cura suscipiatur, quam causa postulat. *Ibid.*

54. Cura omnis ad animum est transferenda. *In suo Enechirid.*, cap. 63.

55. Simplex recti cura est, multiplex pravi. *Seneca. Ep.* 122.

56. Qui hominem curam gerit, et orat Deum pro eis, iste vere a Deo esse putandus est.

Vide etiam titulos, *Æstimatio*, sent. 19; *Cedere*, sent. 34; *Cura sui*, per totum; *Magister*, sent. 53; *Mysterium*, sent. 38; *Necessitas*, sent. 67; *Prælatio*, sent. 95; *Providentia*, sent. 4; *Regimen*, sent. 53; *Renuntiatio*, sent. 36; *Sollicitudo*, per totum; *Sublimitas*, sent. 37; *Verbum Dei*, sent. 71; *Virginitas*, sent. 77.

CURA SUL.

SENTENTIE PATRUM.

1. Promptius nos justo viro, quam prudenti committimus. *Lib.* 2 *Offic.*, cap. 8.

2. Cura primo teipsum, ut curatus alterius vulnera curare possis. *Ser.* 14, *ad Fratres in eremo.*

- V. BEDA. 3. Si nequeas plures curare, vel te solummodo cures. In suis *Proverbiis*, verbo *Si*.
- S. BONAVENT. 4. Multi sunt, qui beatitudinem expectant, et tamen parum de se, et multum de Deo curant. In libr. 3, sent. dist. 26, art. 4, quest. 4.
- S. CYPRIANUS. 5. Amator est salutis sue, qui evitat alienam mortis incursum. *Prosecc.*
6. Ipse est sui providus, qui sollicitus sit cladius ceterorum. *De singular. clericorum*, cap. 2.
- S. CYRILLUS BIEROSOL. 7. Omnem humanam sollicitudinem deleas ex animo, qui in anime tue cura versaris. *Cateches.* 1.
- FRANCISCUS TITELMAN. 8. Vitium datur medico si, cum alios curaverit, semetipsum curare vel non possit, vel non velit. Super *Job*, 4.
- GLOSS. INT. 9. Etsi ad erudiendum alios non sufficis, saltem tui curam non negligas. Super *Proverb.*, cap. 6.
- S. GREGOR. MAGN. 10. Que erit districtio iniquitatis propriæ, si irremediabilis culpa est negligentia cura alienæ? Libro 2, in *1 Regum*, cap. 3, sup. illud: *Prædixit enim*, etc.
11. Miles Dei superne gratiæ fretus auxilio, vulnera infirmitatis sue curat, ut aliena non deserat. Libro 31 *Moral.*, cap. 17.
12. Tanto de se unusquisque sollicitus metuat, quanto ignorat quod restat. Hom. 38, super *Evang.*, in illud: *Multi sunt vocati*, etc.
13. Nemo curam sui, dum valet, negligat. Homil. 29, super *Evang.*
- S. GREG. NAZ. 14. Multi sunt, qui alios curare nituntur, ipsi ulceribus sciant. In *Apologético de Sua fuga*.
15. Qui sui curam recte gerit, Deo quoque cura est. Habetur apud S. Joan. Damasc., lib. 3 *Parall.*, cap. 49.
- S. LEO I. 16. Ubi oblectatio fruenti constituitur, ibi cura cordis obstringitur. Serm. 7, de *Jejunio septimi mensis*.
- S. MAXIM. MARIT. 17. Demones quoties nostri curam non habemus ipsi, observata opportunitate, ex improvviso in nos magna cum vehementia irrumpunt. *De charitate*, centuria 2, cap. 33.
- S. NILUS. 18. Qui neglecta anima, corporis curam gerant; ei similes sunt, qui luto ac œneo oculis illinit, aqua autem pura pedes suos abluunt. Habetur, apud div. Joannem Damascenium, libro 3 *Parall.*, cap. 66.
- RICH. AS. VICTOR. 19. Desore curas sæculi, et ego curam tui, tunc incipis esse cultor eremi. Parte 4, tract. 1, de *Extermin. mali*, cap. 5.
- TERTULLIAN. 20. Unicum negotium mihi est, nec aliud hunc curo, quam me eum, de *Pallio*, cap. 5.
- THALASSIUS. 21. Qui timet Deum, suiipsius curam gerit. *Hecaton.* 2, sent. 68.
- S. THEODORET. 22. Quotidie oportet eos, qui vivunt, sui en-

ram gerere; ne peccatum loco occupatio in nostro corde faciat impressionem. Libro 1, super *Epist. ad Hebr.*, cap. 3.

23. Melius est sui curam agere quam, se neglecto signa facere. Libro 1, de *Imit. Christi*, cap. 3, sect. 6.

24. Internus homo suiipsius curam, omnibus curis anteponit. Libro 2, de *Imit. Christi*, cap. 3, sect. 2.

25. Si non es pro te ipso sollicitus modo, quis erit pro te sollicitus in futuro? Libro 1, de *Imit. Christi*, cap. 23, sect. 5.

SENTENTIE PAGANORUM.

26. Contemnuntur hi, qui nec sibi, nec alteri presunt: in quibus nullus labor, nulla industria, nulla cura est. Libro 2, de *Offic.*

27. Ubi quis rerum suarum curam gerit, tunc etiam suiipsius curam gerit. Syzygia quarta *Dialog. 4 Alcibiadis*.

28. Necessè est malam animam male se curare. Syzygia 4, libro 1, de *Republ.*

29. Cura anime cum recta ratione, est Philosophia. Syzygia 6, de *Definit.*

30. Si omnia propter curam mei facio, ante omnia esse debet mei cura. Ep. 121.

Vide etiam titulum, *Amor sui*, sentent. 68.

CURIA.

SENTENTIE PATRUM.

1. Si quis querat onus curiale declinare, patria et omnium facultatum possessione cedendum est. Libro 3, ep. 31, ad *Valentinianum, imperat.*

2. Hodie omnia venalia sunt, frustra apud curiales de testimonio conscientie, de venustate morum, de torrente eloquentiæ, nisi pretio interveniente confidit. *Prosecc.*

3. Ego enim credo me vidisse ostiarios Cæthero duriores, apud inferos tantum Cerberus (ut aiunt) unus est; sed quot sunt diverticula curiarum tot Cerberi; tota autem familia aut mordet, aut latrat. Parte 3, titul. 3, cap. 1, § 9.

4. Quid querimus? cuius rei causa militamus? majore esse poterit spes nostra in palatio, quam ut amici Imperatoris simus? et ibi quid non fragile plenumque periculis? et per quot pericula pervenit ad grandis periculum? et quantum istud erit? Libro 8 *Confess.*, cap. 6.

5. Quotidie perstreptunt in palatio leges, sed Justiniani, non Domini: hæc autem non tam leges, quam lites sunt et cavillationes, subvertentis iudicium. Libro 1, de *Consider.*

6. Curia bonos facile recipere magis, quam facere consuevit. *Ibid.*, lib. 4.

THOMAS A KEMPIS.

CICERO.

PLATO.

SENECA.

S. AUGUSTIN.

S. BERNARD.

- S. BONAVENT. 7. Respice curias regum, comitum, baronum, dominorum, prelatorum, omnes modo corrupti sunt pecunia et numeribus. *Prosecc.*
8. Pauper ibi non auditur, et si auditur, non exauditur, sed deprædantur eum; et Judæi, et divites, et baratores ibi assistunt, et exaudiuntur. Serm. 1, *Dom. 24, post. Pentecost.*
- HUGO CARD. 9. Non mordere audent illi, nec latrare, qui sunt in curiis, sed lambere et adulari. Sup. *Ep.*, ad *Timon.*, cap. 1.
10. In curia potentium regnat proditio simul et adulatio. Sup. *Isaiam*, cap. 7.
11. Majus est saturari in palatio, quam in palatio gaudere. Sup. *Matth.*, cap. 5.
- JOAN. SARESB. 12. Ego contemno que aulici ambiunt, et que ego ambio, illi contemnunt. Libro 1, de *Nugis curial.*
13. Frequens est, ut curia recipiat vel faciat vitiosus, apud quos invalescit audacia delinquendi, cum ex familiaritate potentum vitium indulgetur. *Prosecc.*
14. Sed de acta vite cujuscumque frustra presumitur, cum inter curiales vix possit innocentia retineri.
15. Quis est enim, qui virtutem non excutiat curialium nuge? Quis est tantus, quis tam solidus, ut corrupti non possit?
16. Optimus est, qui resistit diutius, qui validus qui corruptitur minus; nam ut sit virtus incolumis, a curialium vita divertendum est.
17. Proinde quisquis hoc dixerit, et prudenter curiæ naturam expressit: Exeat aula, qui vult esse pius. Lib. 5, de *Nugis Curial.*, cap. 10.
- PETRUS BLES. 18. Frequenter in palatiis conversantur, qui mollibus et delicatis auribus principum, etiam in turpibus blando lenocinantur applausu. *Prosecc.*
19. Vix invenitur in curiis, qui non vendat oleum, qui caput peccatoris oleo non impinguet. Epist. 112, ad *Aurelianens. episcop.*
20. Quidquid in curiis agitur, fore peremptorium est salutis, ambitiosum, adulatorium, fluctum, detractatorium, subdolum, invidum, crudele, et impium; et generaliter temporalis questus, et inanis gloriæ, est venalivum. *Ibid.*, epist. 139, ad *quendam Abbat.*
21. Periculum est in curia mori, nec leviter ascendit ad eminentiam peccatorum, qui curialem incidit labyrinthum. *Ibid.*, epist. 160, ad *Clericos aulae regie.*
22. Multe sunt curiæ, et aliquis Sathan semper invenitur in singulis curiis. *Ibid.*, super *Job*, cap. 1.
23. Pro vanissima vanitate militant hodie nostri curiales in labore et ærumna, in periculis magnis, in vigiliis multis, atque in aliis vite dis-

criminibus; in quibus gloriam martyrii mereantur, si hæc pro Christi nomine sustinerent. *Pro.*

24. Nunc autem sunt Martyres sæculi, mundi professores, discipuli curiæ, milites herlinini.

25. Per multas siquidem tribulationes, intrant justi in regnum Cælorum; hi autem per multas tribulationes promerentur infernum. *Ibid.*, epist. 14, ad *sacellanos regis Angelorum.*

26. Apud curiales in accipiendo cibo, in equitatione, in vigiliis non est ordo, non est ratio, non est modus. *Ibid.*

27. Curiam sequuntur assidue histriones, candidatrices, aleatores, dulcorarii, cauponæ, nebulones, mimi, baratores, balatrores; hoc genus omne curialium arcana palatii frequenter novit. *Ibid.*

28. Quid aliud curialium vita, quam iniquitas? Libro 3, de *Gubernat. Dei.*

29. Aula culmen lubricum. COLLECTOR.

SENTENTIE PAGANORUM.

30. Notissima vox est ejus, qui in cultu Regum consenuerat; cum illum quidam interrogaret, quomodo rarissimam rem in aula consecutus esset, senectitem; injurias, inquit, accipiendo et gratias agendo. Libro 2, de *Ira*, cap. 23.

31. Nemo aliter quam ambitiosus Romæ potest vivere. Epist. 60.

Vide etiam titulum: *Austeritas vite*, sent. 20 et 32.

CURIOSITAS.

Definitio. Curiositas est studium perscrutandi ea, que scire nulla est utilitas. De *similitudinibus*, cap. 26.

Vitium curiositatis consistit in appetitu et studio inordinato circa cognitionem rerum. Parte 2, titul. 3, cap. 7, § 1.

Curiositas est, qua mens humana instat scrutari, aut que scire non convenit, aut que scire noxium est. Super *Ereclissisten.*, cap. 1.

Curiositas nihil aliud est, quam intellectus humani libidinoso prostututio, passim quamlibet veritatem amplectantis; et cum ea fornicantis, vel (ut verius dicatur) adulterantis. *Ibid.*

Curiositas est fames pervalida, et holissimus insatiabilis veritatum. *Ibid.*

Curiositas est, non magna utilitati magnam operam impendere; vel aliena negotia, et non ad se pertinentia studiosius inquirere. Super *Daniel.*, cap. 6.

Curiositas est studium circa inutilia, aut utilia magis quam licet, debeat, vel expediat. Parte 3, de *Mystica theologia practica*, considerat. 6.

SALVIAN.

COLLECTOR.

SENECA.

S. ANTONINUS.

HUGO CARD.

GENS.

Curiositas est vitium, quo quis inclinatur apponere studium vehemens ad res superfluas et minus utiles, utilioribus pretermisiss. Part. 4, in *Descript. terminor.*
DIONYSIUS CARTHUS. *Productio.* Curiositas ex otiositate nascitur. Super I ad *Tim.*, cap. 3 art. 3.

SENTENTIE PATRUM.

- S. ANTONINUS.** 1. Curiositas est vitium pene omnes involvens, et parum cognitum, sed multum nocivum. Parte 2, titul. 3, cap. 7.
S. AUGUST. 2. Curiosum genus hominum ad cognoscendam vitam alienam, desidiosum ad corrigendam suam. Lib. 40, *Confess.*, cap. 3.
 3. In consideratione creaturarum non vana et peritura curiositas excrenda est, sed gradus ad immortalia et semper permanentia faciendus. *De Vera religione*, cap. 29.
 4. Omnis illa que appellatur curiositas, quod aliud querit quam de rerum cognitione lætissimam *Ibid.*, cap. 49.
 5. Maxima cura est reprimere, ac refrænare curiosos. *Epist.* 36, ad *Dioscorum*.
 6. Omnis anima indocta curiosa est. *De Agone Christiano*, cap. 4.
 7. Quam late patet curiositas in spectaculis, in theatris, in sacramentis diaboli, in magicis artibus, in maleficiis, ipsa est perniciosa curiositas. *Tract.* 2, sup. *Epist.* B. *Joann.*, de cap. 2.
 8. Curiosi esse prohibemur, quod magnum temperantie munus est. *De Moribus Ecclesie*, cap. 21.
S. BASILIUS MAGNUS. 9. Ne sis curiosus, neque omnia videre et scire velis, ut ne sanie vitiorum menti tue altrahas. *Serm.* 2, *Exercitantiorum*.
S. BERNARD. 10. Funiculis triplex difficile rumpitur, curiositatis, voluptatis, et vanitatis. *Serm.* 1, de *Annum.*
 11. Curiosus exteriora consideret necesse est, qui sic interna despiciat, præterita non respiciat, præsentia non inspicit, futura non prospicit. *Ser. de Septem donis Spiritus sancti*.
 12. Evidenter curiositali pietas adversatur, et quem illa a corde evocat, ista revocat. *Ibid.*
 13. Parit curiositas experientiam mali, ut facile qui per multa vagatur, offendant, facile cedat in loquum, facile inveniat quod perniciose delectet. *Ibid.*
 14. Inveniunt curiosi quod delectentur, et non inveniunt quo sustententur. In *Apologia ad Guilelmum Abbatem*, cap. O *vanitas*.
 15. Certe nihil in homine, cui curiositas proposit, invenies. *Serm.*, de *Convers. ad clericos*, cap. 12.
 16. Nescio quid illi durius imprecer, nisi ut

semper habeat quod requirat qui, jucunde quietis pacem fugitans, curiosa inquietudine delectatur. *Ibid.*

17. Curiosus, animam (dum sui circumspectione torpescit incuria sui) curiosam in alios facit. *De duodecim gradibus superbie*, gradu 1, verbo *Primus*.

18. Nisi mens minus se curiose servaret, tua curiositas tempus vacuum non haberet. *Ibid.*, gradu 1, verbo *Tu quoque*.

19. Curiositas cor seducit. *Serm.* 1, *ferre quar-tæ Pentecostis*.

20. Curiosus non curanda curat, necessaria negligit, et sui oblitus aliena considerat, notat et explorat. In *Speculo disciplinae*, parte 2, cap. 5.

21. Cave ea, quæ supra naturam sunt curiosus inquiras. *Hom.* 12, in *Festis Paschalis*.

22. Grave curiositas est vitium, quod dum hominem immoderate occupat circa aliorum defectum, abscondit ei seipsum. *De profectu spiritus*, art. 7.

23. Grave curiositatis est vitium, que dum curiosus justibet mentem ad investigandam vitam proximi exterius ducit, semper ei sua intima abscondit, ut aliena sciens se nesciat. *Hom.* 36, sup. *Evang.*

24. Curiosi animus quanto peritus fuerit alieni, merito tanto fit ignarus sui. *Ibid.*

25. Curiositas dum alienam, querit vitam discutere, semper sua intima nesciens, studet exteriora cogitare. *Ibid.*

26. Hoc hominum curiositas comminiscitur, ut ea etiam quæ post mortem alicujus futura sunt, anxie inquirere, ac scire videantur. Super *Ecclesiasten*, cap. 7.

27. Magnum malum est curiositas. *Sup. Psalm.* XI, cap. 50.

28. Mala et pestilens curiositas est, que secretum alienum improbe scrutari contendit, sæpe quamvis nihil inveniat, quod juste reprehendere possit, perversa tamen suspicari non desistit. *Lib. 3, de Arca Noe Morali*, cap. 10.

29. Curiositas gladius est diaboli, quem fugere debemus. *Sup. lib. Judic.*, cap. 8.

30. Curiositas vicus est diaboli. Super *Psalm.* LIV.

31. Rumores qui de nobis dicuntur inquirere, nihil aliud est quam ignibus et jaculis, qui in nos trajeci non poterant, sponte ad comburendum, vel confodiendum se exponere. *Sup. Ecclesiasten*, cap. 7.

32. Curiosi frequenter in tantam decidunt curiositatem, ut potius scrutentur vitia aliena quam sua. *Sup. Luc.*, cap. 14.

S. CYRILLUS ALEX.

DIONYSIUS CARTHUS.

C. GREG. MAG.

S. GREG. THAUM.

HUGO A S. VICTORE.

HUGO CARD.

S. JOANNES CHERVOST.

33. Curiosus ille est, qui vitam aliorum investigat, et sua interiora ignorat. *Ibid.*

34. Audiant curiosi, qui pulchritudines curiose considerant alienas, et dicunt, spectamus quidem, sed nihil nocemur: David talis ac tantus læsus est, et tu te putas non posse lædi? *Hom.* 1, sup. *Psalm.* 1.

35. Qui aliena nimium anxie curiositate scrutaris, si ea inquirere desideras, clarorum opera virorum curiosus investiga, ut ex æmulatione alienæ virtutis æterna fruaris beatitudine. *Hom.* 65, sup. *Matth.*

36. Non curiose agere, Deum glorificare est; curiosum vero esse, delinquere est. *Serm.* 8, sup. *Epist. ad Rom.*, super illud 4: *Gloriam tribuens Deo*.

37. Nihil ita curiosum est ad rerum obscurarum et reconditarum cognitionem, sicut humana natura. *Hom.* 9, sup. 1, ad *Thessal.*

38. Necesse est ut curiosus sit, qui cum operari posset, otiosus est. *Hom.* 7, sup. II, ad *Thess.*

39. Aliorum facta curiose disquirere, impudentia singularis potissimum id argumentum est. *Hom.* 15, sup. 1, ad *Timoth.*

40. Curiositas in apparatu, in pompa et in quolibet ornatu, crimen est. *Hom.* 7, super II, ad *Tim.*

41. Nolle omnia curiose inquirere, et non capere omnia scire, magnum præclaræ scientiæ argumentum est. *Ibid.*, hom. 8.

S. JOAN. CLIM.

42. In eo statu te exerce, qui curiositatem nesciat; nihil enim ita quietem inquinare potest ut curiositas. *Gradu* 27, de *Differentia quietis*.

S. ISID. HISP.

43. Evita curiositatem, nulla curiositas animum tuum capiat, nulla concupiscentia detestande curiositatis te surripiat, nec oblitus tuorum morum aliena perquiras. *Libro* 2, de *Synonymis*, cap. 9.

44. Nulla sit tibi curiositas sciendi latentia; cave indagare quæ sunt a sensibus remota. *Ibid.*, cap. 15.

45. Curiositas perniciosa præsumptio est, curiositas damnosa peritia est. *Prosec.*

46. In hereses enim provocat, in fabulas sacrilegas mentem præcipitat, in causis obscuris reddit audaces, in rebus ignaris facit præcipites. *Ibid.*

PETRUS BLES.

47. Suspiciosum semper curiositas inquietat, timoris stimulus suggerit, et multiplicem turbationis materiam subministrat. *De Amicitia*, cap. 13.

PETR. CELL.

48. Ut cinis obæcat oculos corporis, sic curiositas obtundit visum contemplationis. *De Paribus*, cap. 17.

S. ZENO.

49. Curiositas reum efficit, non peritum. *Ser. 2, de Filii Dei generat.*

SENTENTIE PAGANORUM.

50. Nihil est curiosius otiosis. *Lib.* 9, ep. 32, *PLINIUS II. ad Titian.*

51. Curiosum nobis natura ingenium dedit. *SENECA. De Beata vita*, cap. 32.

52. Multa velle scire, curiositas animi putanda est. *Sent.* 240.

Vide etiam tit. *Adolescentia*, sent. 40; *Ira*, sent. 223; *Motus*, sent. 8; *Ornatus*, sent. 56, 170; *Orator*, sent. 22; *Scrutari*, per totum.

SIXTUS PHILOSOPHUS.

CUSTODIA.

SENTENTIE PATRUM.

1. Custodi interiorum hominem tuum, noli s. **AMBROSIIUS.** eum quasi vilem negligere ac fastidire, quia pretiosa possessio est. *Prosec.*

2. Et merito pretiosa, cujus fructus non caducus et temporalis, sed stabilis, atque æternæ salutis est. *Lib.* 4, *Offic.*, cap. 3.

3. Servum Dei non custodia corporalis, sed Domini providentia seipre consuevit. *Lib.* 5, epist. *Orat. in Auxentium*.

4. Ad munitionem civitatis animæ, ultra arma virtutum et victualia sacerorum cloquiorum (quibus anima pasitur) requiritur et custodia diligens portarum. *Part.* 1, tit. 2, cap. 3, § 7.

5. Cum male custodiuntur sensus, deicitur Christus, et intrat diabolus. *Ibid.*

6. Prima janua totius bonitatis in homine est custodia castitatis. *Parte* 4, tit. 4, cap. 6, § 1.

7. Serva quod intus est, et non timebis foris. s. **AUGUSTINUS.** Super *Psalm.* xxxv, vers. 12.

8. Custodi innocentiam, pretiosa res est. *Sup. Psalm.* xxxvi, vers. 3.

9. Omnes motus lingue tuæ diligentissime, custodi, et sis custos malæ consuetudinis tuæ. *Serm.* 28, de *Verbis Apost.*

10. Multæ custodie faciunt feminam castiorem, virum castum faciat ipsa virilitas. *Prosec.*

11. Custodia feminae, magnum illius verecundie et pudoris est munimentum. *Ser.* 1, *Dom.* 4 *Quadrage.*

12. Custos castitatis est virtus humilitatis. In suis *Proc.*, verbo *Custos*.

13. Stupenda insania! animarum non cunctator turbas mihi custodiendas colligere, et unum super propriam animam gravem habere custodem. *Ep.* 42, ad *Henricum Senonens. archiepisc.*

14. Magna custodia tibi necessaria est, quam ante oculos iudicis vivis cuncta cernentis. *De Medit.*, cap. 6.

15. Plurimum prodest ad tuitionem castitatis, custodia oculorum. *De Ord. vitæ.*

V. BEDA.

S. BERNARD.

16. Quam boni custodes, qui vigilantes animo, atque in orationibus pernoctantes, hostium insidias sagaciter explorant, anticipant consilia malignantium, deprehendunt laqueos, eludunt tendiculas, ratiacula dissipant, machinationa frustrantur. *Serm. 76, sup. Cant.*
17. Absque studio custodum, non potest esse secunda civitas. *Ibid.*
- S. DONAVENT. 18. Domus est machina corporis, hæc fragilis est, et ideo custode indiget. *Super Ecclesiasten, cap. 12, in illud: Quando commovebuntur custodes domus.*
19. Bona est securitas, ubi bona est custodia. *Serm. 1, Dom. in octava Pasche.*
- DIONYSIUS CARTUSIUS. 20. Ubi major peccandi occasio, ibi diligentior adsit custodia. *Super Hymnos de tempore serali ad Primam.*
21. Quando mens cum omni custodia custoditur, caro ei sensuallitas a vitulis cohibentur; imo et actibus virtuosos rationi, voluntatiq; obsequuntur. *De profectu spiri.*
22. Custodia pacis, thesaurus vere pretiosissimus est. *Ibid.*
- S. EUSEBIUS EMISSEN. 23. Opus est, ut quod tribuit gratia, custodiat diligentia; et quod sine labore acquiritur, cum labore servetur. *Hom. 1, de Symbolo.*
- GILLEBERTUS ANGLUS. 24. Nihil confert cultura diligens disciplina, si custodia desit. *Ser. 35, super Cant.*
25. Bona custodia est spes, quæ culta ab incultis separat, et servat illæsa. *Ibid.*
- S. GREG. MAG. 26. Quid prodest custodia, quæ pene ubique circumponitur, quando inimicis tota civitas per neglectum loci unius aperitur. *Hom. 7, super Ezech.*
27. Aliis servare non differas, quod ipse quoque tibi servari desideras. *Lib. 1, in regist., ind. 9, cap. 81, ep. 81 ad Januarium archiep. Carallis Sardinie.*
28. Custodia auri vel argenti, monilium vel lapidum pretiosorum, vestium vel pecuniarum, nonne hæc sunt, quæ mergunt hominem in interitum? *In septem Psalmos Penit., sup. Psalm. vi, vers. 6.*
29. Totum esse insidiantis hostis vulneribus detegit, qui nulla se munitione custodiæ circumcludit. *Lib. 7, Moral., cap. 17.*
30. Laboriosum non erit, si custodiam nostram non nobis, sed gratiæ tributum. *Libro 3, dialogi, cap. 20, verbo Laboriosum.*
31. Teneat fortem custodiam animi, qui poterit vult dispergere motus carnis. *Lib. 6, in I, Reg., cap. 2.*
- S. HIERONYMUS. 32. Nemo me melius mea servare potest. *Ep. 2, ad Nepotian.*
33. Difficile custoditur quod plures amant. *Libro 1, adversus Iovin.*

34. Tu si teipsum bene custodire cupis, debes honorem tuum semper pretiumque cogitare. *Ep. 1, ad Demetr.*
35. Omnis sollicitudo tua, omnis intentio debet esse in custodia. *Ibid.*
36. Optime quasita custodies, si semper inquiras. *Ibid.*
37. Multum diligenter vult custodiri is, qui vult custodiri ut pupillam oculi. *Sup. Psalm. xxi, cap. 21.*
38. Res diligentius, quanto est sollicitus quæsit, servatur, cum ipsius utilitas cognoscitur. *Sup. Ep. 1 beati Joan., cap. 1.*
39. Negligentius custodiri solet quicquid creditur facile posse reparari. *Collat. 4. Abbat. Daniælis, cap. 4.*
40. Cum procedis, congregata custodi. *Gradus 27, de Differentia quietis.*
41. Prius custodi teipsum, ut securius procures custodiam aliorum. *Ep. 132, ad quemdam abbat.*
42. Bonum castrum custodit, qui corpus suum custodit. *Ibid.*
43. Malo animam perdere ut custodiam, quam custodire ut perdam. *Ibid., super Job, cap. 2.*
44. Quam secure dormit, qui Deum suorum meruit habere custodem. *Ser. 7.*
45. Sicut perniciosum est civitati carere mœnibus, sic animæ destitui a custodiis. *De profugis.*
46. Non obtinet regnum promissum corporis delicata custodia. *Hom. 17, de Bono Mart.*
47. Attende tibi, et undique teipsum circumspice, pervigiles gere ad custodiam tui oculos animæ. *Ser. de Præcepto.*

SENTENTIE PAGANORUM.

48. Nunquam oportet domum esse sine custodia, sic nec civitatem. *In Oeconom., Habet. apud Bedam.*
49. Civitatis custodes sunt Religiosi. *Syzygia 4, libro 2, de Republica.*
50. Ridiculum sane est, custodem custode indigere. *Syzygia 4, libro 3, de Republ.*
51. Sulpicius prius sit bonus custos, qui alios custodire cupit. *Ibid.*
52. Id debet servari diligentius quod nescias quando deficiat. *De Brevitate vitæ, cap. 8.*
53. Magno cum periculo custoditur, quod multis placet. *In suis Proverb.*
- Vide etiam titulos. *Acquirere, sentent. 40, 48, 96; Actio, sent. 126, 164; Adversitas, sent. 123; Amissio, sent. 194; Cordis custodia, per totum.*

DAMNATIO.

SENTENTIE PATRUM.

- S. AMBROSIVS. 1. Tres sunt damnationes diaboli. Damnatus est primo quando de celesti beatitudine propter iniquitatem suam est dejectus. *Prosec.*
2. Secunda damnatio fuit, quando per mortem Christi genus humanum de ejus potestate est ereptum.
3. Tertia damnatio erit, quando in infernum cum omnibus impiis in æternum cruciandus demergetur. *Super Apocalyps., cap. 20.*
4. Melius est unius aut duorum damnatione plurimi liberentur, quam duorum absolute plures cruciantur. *Ser. 18, sup. Psalm. cxviii.*
- S. ANSELMVS. 5. Necessè est omnem hominem in peccato originali natum, illo non dimisso, damnari. *In libro de Conceptu virginali, cap. 28.*
- S. ANTONIN. 6. Si quis senserit aliquid mortalium in se damnari, nisi penitentiam egerit, æterna illum flamma trucidabit. *Parte 2, tit. 4, cap. 8, § 5.*
- S. ANTONIVS DE PADVA. 7. Non est evidentijs signum æternæ damnationis, quam cum temporalia ad votum succedunt. *Ser. 1 post festum. Trinit.*
- S. AUGUSTIN. 8. Quisquis vivere ita incipit, ut ante finiat vitam quia ab originalis peccati obligatione solvatur unius diei, vel unius horæ spatio anima illa vixerit in corpora, necesse est ea cum eodem corpore interminabilia gehennæ sustinere supplicia, ubi diabolus cum Angelis suis in æternum arsurus est. *De fide ad Petrum, cap. 2.*
9. Omnis homo, qui in hoc sæculo usque ad finem in iniquitatem delectatione, et cordis obdurate permanens: sicut hic cum noxia criminum delectatio tenuit, sic cum sine sempiterna cruciatio retinebit. *Ibid.*
10. Nolentes (si peccaverint) corrigi, nihil aliud delegerant, nisi cum hoc mundo damnari. *De Agone christiano, cap. 31.*
11. Bonus est Deus, justus est Deus; potest aliquos sine bonis meritis liberare, quia bonus est; non potest quemquam sine malis meritis damnare, quia justus est. *Libro 3, contra Julianum, cap. 18.*
12. Non vis ut Deus damnet te, tu te damna. *Tract. 1, super Epist. Joan., de cap. 1.*
13. Nemo damnatione dignus est, aut non contra vetitum justitiæ faciens, aut quod non potest non faciens. *De Duob. animabus, cap. 11.*
14. Diabolus ad solatium malevolentissimum damnationis suæ, cum quibus damnatur inquiri. *De Catech. rud., cap. 25.*
15. Si omnes remanerent in penis justæ damnationis, in nullo appareret misericors gratia re-

dimentis. *Libro 21, de Civitate Dei, cap. 12.*

16. Deus condemnat eos, quos damnatione judicat dignos. *De Continent., cap. 6.*

17. Tanto quanto tolerabiliorem habebit damnationem, quæ hic minorem habuit iniquitatem. *In Enchir., cap. 93.*

18. Nemo nascitur ex Adam, nisi vinculo de liceti, et damnationis obstructus. *Epist. 137.*

19. Non pati adversitatem carnis, sed duci a carne, damnatio est. *In Exposit. Ep. ad Galat., cap. 3.*

20. Nisi gaudium spei nostræ cum tremore damnationis esset, in nobis negligens esset ipsa securitas. *Annol. in Job., cap. 30.*

21. A mea iniquitate, non ab aliena, sive in me, sive in aliis perpetrata, mihi est cavenda damnatio. *Contra Mend., cap. 9.*

22. Qui damnationem fecerit, quod iniquum est; patietur damnationem, quod justum est. *Lib. 21, de Civ. Dei, cap. 11.*

23. Iudex non condemnat, sed lex. *In Decret. GLOSS. DECT. Gratiani.*

24. Aliquando Deus hic ferire incipit, quod æterna damnatio consummat. *Sup. Job., cap. 35.*

25. Justo judicio damnati sero penitentes agnoscent quod antea credere noluerunt. *Super Sapient., cap. 15.*

26. Nullum damnat Deus, antequam peccet; nullum coronat, antequam vincat. *Super Ep. ad Rom., cap. 9.*

27. Constat quod nullus damnatur, nisi æquissima justitia. *Super Epist. ad Rom., cap. 9.*

28. Quid horribilius dici, quid cogitari potest, quam damnationis vulnera suscipere, et dolores vulnerum nunquam finire? *Hom. 6, super Ezech., super illud: Et horribilis aspectus.*

29. Malorum condemnatio, laus bonorum est. *Epist. 2, ad Nepotian.*

30. Damnetur ille, qui damnat. *Epist. 23, ad Ctesiphontem.*

31. Lux beatiss. flamma purgandis, carbo damnatis. *Super I, ad Cor., cap. 13.*

32. Deus invitus compellitur cum magno dolore peccatores damnare. *Prosec.*

33. Non enim sic dolet, quia ipse ab eis offenditur; sed quia quasi violenter cogitur dampnare aliquem, qui omnes cupit salvare.

34. Nam quemadmodum in nobis contra naturam est bene facere; sic et Deo contra naturam est male facere aut damnare. *Hom. 46, sup. Math. Oper. imperf.*

35. Non tantum pro eo quod peccaverunt homines condemnandi sunt, sed etiam pro eo quod bene non faciunt. *Ibid., homil. 54.*

36. Si autem pro eo quod bene non faciunt, sic

GLOSSA ORD.

S. GREGORIUS
MAGNUS.

S. HIERON.

HUGO CARD.

S. JOANNES
CHRYSOST.